



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Ne Sede vacante aliquid innouetur. Tit. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

sentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, nec alicui dare potestatem presentandi ad illud antequam vacet, ut per Kirchou. *rom. 1. communium opin. lib. 1. tit. 4. num. 8. pag. 167. Put. part. 1. decis. 244. in antiq. alias 138. n. 3. in correct. Lambert. de iurepatron. 1. part. lib. 2. q. 6. art. 1. & 19. Roch. eod. tract. verbo honorificum. n. 25. & verb. competens, n. 63. Perez l. 1. gloss. 2. vers. non minus elegans, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 146. Rebuff. in praxi benef. p. 2. tit. de reprob. benef. vii. impetr. a n. 25. Spin. in speculo testam. gloss. 4. prime. n. 102. Iulian. Viñan. in praxi iurispatr. p. 2. lib. 10. c. 2. Rot. in Faentina benef. 13. Juny 1614. coram bonae memor. Buratto inter eius impressas decis. 61. n. 1. vbi Fe-rentil. in annot. lit. A. Ioan. Nicol. Delphin. de iurepatron. lib. 2. n. 192. Cassad. decis. 5. de iurepatron. Roland. conf. 47. ex n. 53. volum. v. Cosm. in pragm. sanct. tit. de collationib. §. reservationes, in gloss. verbo vacaturorum, vers. quemadmodum enim, Humad. l. 10. gloss. 4. num. 1. tit. 16. p. 1. plures, quos refert Cened. ad Decretal. collect. 160. a princ. latè Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 1. & n. 4. Cabed. de patronatibus Regia Corona, c. 14. vbi res- soluit passim Reges Lusitaniae consensisse, & solere promittere presentare aliquem in Ecclesia sui patro- natus in genere ob benemerita, & seruitia, & de hac promissione provisionem Regiam fieri, & c. 15. idem facere dicit commodis vacaturis. Verum consuetudo illa, qua Reges nostrae Lusitaniae promittunt in gene- re Ecclesias sui patronatus vacaturas, dubito an iure subsistere possit, nisi ex praesumpto Summi Pontif. privilegio, quod ad huiusmodi promissiones, ex iusta tamen causa faciendas, concessum censi de- bet, argum. cap. super quibusdam, §. preterea, de verb. signific.*

Similiter non sine aliqua difficultate procedant ex- pectativa, quae ad Praeceptorias, id est, Commendas Ordinum Militarium concedi solent per Regem no- strae Lusitaniae tanquam per Magistrum eorundem Ordinum, quia Magister Ordinum Militarium cense- tur tanquam quilibet alius Praelatus inferior, ut ex Navar. in Apologia de redditib. Ecclesiast. quest. 1. mo- nitu 56. tradit Cabed. d. c. 15. num. 4. & satis constat ex traditis per Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 36. art. 5. Sed Praelatus inferior à Papa non potest prin- cipaliter promittere expectativas sine generaliter, si- ne specialiter ad beneficia vacatura, c. 2. super hoc tit. Ergo, &c. facit constitut. Pij V. quae incipit, *Sacro- sanctum*. Sed responderi potest huiusmodi Commen- das non esse Ecclesiastica beneficia, ut advertit Ca- bed. d. c. 15. num. 15. praesentit Fr. Emman. d. rom. 1. quest. 1. art. 6. col. 3. post princ. quicquid aliter sentiat Valasc. consult. 108. n. 28. Ratio est, quia iuste possi- dentur à praedictorum Militarium professoribus, qui quidem, etiam si religiosi sint, vel proprie, vel largè secundum Doctorum opiniones, quos refero de of- ficio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 12. n. 16. Clerici tamen non sunt, neque aliquem Ordinem, si eorum Conventuales excipiamus, ut plurimum suscipiunt, neque tenentur suscipere, ut ex quotidiana experien- tia constat, cum tamen Clerici esse deberent, & ita Ordines suscipere ad recipiendas praedictas Com- mendas, si ipsae essent Ecclesiastica beneficia, iuxta reg. text. in c. 2. de etate, & qualitate, cum similibus, & Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 5. & sess. 24. de reformat. c. 12. cum etiam, quia de facto con- stat praedictos Milites huiusmodi Commendas non obtinere cum titulo illo spirituali, quem praesentant Ecclesiastica beneficia, illi namque fruuntur solis fructibus temporalibus, qui superantur ab ipsis be- neficiis, quae reguntur per Clericos eiusdem Ordi- nis, & Militiae, penes quos solam residet spiritualis

eorum titulus, ut bene advertunt Cabed. d. c. 15. a num. 18. Fr. Emman. d. col. 3. post princ. & satis ex his constat, quae circa oblationes his Clericis, an po- tius praedictis Militibus earum Commendarum pos- sessoribus solvendas controuertunt Valasc. consult. 14. rom. 1. & Fr. Emman. d. rom. 2. q. 36. art. 7. Cum ergo Commendae huiusmodi non sint Ecclesiastica benefi- cia, non includuntur sub prohibitione c. 2. supra hoc tit. ut ibi notant; nec esse materiam simoniae, tradunt Victor. in relect. de simon. num. 45. Aragon. 2. 2. q. 106. art. 4. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 27. num. 6. Bonacin. in tract. de simon. q. 4. n. 15. vbi in vers. ex di- ctis, colligit non committi simoniam ab eo, qui pecunia procurat Commendam militarem, aut illam vendit.

De non vacantibus. Quia ius praesentandi non ha- betur in actu nisi à tempore vacationis, ut per Daen. reg. 279. & plures alios, quos refero de offic. & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 7. 2. n. 5.

Et donatione eorum, &c. Ex iusta tamen causa, 6 veluti si quis haberet se absentare in longinquas par- tes de auctoritate Ordinarii poterit constituere pro- curatorem, ut praesentes pro se ad vacatura, Lambert. d. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 3. & 89. art. 9. n. 4. Marefcot. var. res- sol. lib. 2. c. 33. n. 3. Gregor. decis. 420. n. 5. Rot. decis. 521. n. 7. p. 1. recent. Ferent. ad decis. 21. Buratti n. 26. Nicol. Garc. d. c. 1. n. 18. Iulian. Viñan. in d. praxi p. 3. lib. 5. c. 4. n. 6. & ideo valide poterit procurator constitui generaliter ad praesentandum in omnibus Ecclesiis inrispatronatus, Abb. hic n. 6. Lambertin. d. quest. 4. artic. 3. Viñan. c. 4. num. 9. Marefcot. a c. 33. num. 1. Nicol. Garc. d. c. 1. num. 19. vbi num. 20. resolut validam esse dationem procuratoris, seu administrato- ris generalis negotiorum patroni ex iusta causa ab- sentiae constituto ante vacationem beneficij, cui committeret praesentationem, etiam quod vnicam haberet.



Ne Sede vacante aliquid immouetur.

TIT. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Sedes in hac rubr. pro Ecclesia, in qua est locus Prae- lati cuiusvisque etiam inferioris.
- 3 Vacare aliquando idem est quod cessare.
- 4 Verbum, vacante, in hac rubr. importat carentiam proprii Praelati, qui inra Ecclesiae tueatur.
- 5 Vacationis nomine venit omnis vacatio, seu vacandi casus.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. 1 Ioan. Andr. Imola, Anania, Anch. Butr. Panorm. Guid. Papae, Durand. in breui- rio aureo iuris Canon. fol. 93. verso, Petr. de Ranenna in compend. iuris Canon. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontific. a pag. 296. Goffred. & Holt. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anast. Germou. in paratilis ad quinque libros De- cretal. Bartholom. Carthag. in expositione titulorum iuris Canonici. Ioan. Hohor. lib. 3. in sum. in Decret. Zypae. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 186. omnes sub hoc tit.

Sede. Licet Sedes aliàs multipliciter dicatur in 2 iure, ut per Pauin. de potestate Capituli, prel. 6. hic ta- men

men sicut & alibi accipitur pro Ecclesia, in qua est locus Praelati cuiuscumque etiam inferioris, cap. auditis, ibi, *Ecclesia vacante*, de in integr. restit. c. 1. vbi gloss. verbo *Ecclesia*, de rebus Eccles. non alien. lib. 6. c. 2. vbi gloss. 1. de excess. Pralat. Innoc. Butr. & Imol. n. 14. in c. 4. hoc tit. Abb. in cap. his quae, n. 2. de maior. & obed. prolequitur latè Pavin. d. prael. 6. ex n. 6.

³ *Vacante.*] Quamvis hoc verbum multipliciter recipiat à iure interpretationem, vt per Roman. consil. 150. Staphil. de literis gratie, tit. de variis modis vacationis, in princip. Pavin. de potest. Capitul. pralud. 7. ex n. 3. Aliquando enim vacare idem est quod cessare, ⁴ iuxta l. qui tertianus, § 3. ff. de edilit. edicto, aliquando vacuum dicitur inutile, iuxta l. 28. ff. de positi, tamen in hoc tit. importat carentiam proprii Praelati, qui iure Ecclesiae tueatur, c. 1. hoc tit. d. c. 1. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6. quae quidem Praelati carentia non est referenda ad Praelatum mediatum, qualis est Archiepiscopus respectu Sedis Episcopi iuffraganei, & Episcopus respectu Ecclesiarum inferiorum, sed referri debet ad carentiam Praelati immediati, qualis est Archiepiscopus & Episcopus respectu suarum propriarum Sedium, & qualis est Archiepiscopus respectu Parochialis, obseruat Innoc. in c. olim, d. 1. n. 2. de restitut. spoliat. receptus ex Felin. in c. 1. num. 9. de prescript.

⁵ Vacationis nomine venit omnis vacatio, seu vacandi casus, siue per mortem, renuntiationem, translationem, siue alium similem modum, per quem titulus in totum resoluitur, iuxta gloss. verbo *mortem*, in cap. penult. de suppl. negl. lib. 6. gloss. 2. in c. 1. hoc tit. lib. 6. gloss. verbo *vacabunt*, in c. si propter, de rescript. eod. lib. & verbo *vacantibus*, in c. cupientes, & verbo *vacat*, in c. quia sepe, de prebend. eorum, lib. 6. Soar. de censur. disp. 7. sect. 2. n. 3. Doctores per me citati in tract. de clausul. vsusq. claus. 172. n. 1. & in tract. de appellat. verborum viriusque iuris significat, appellat. 266. à n. 1. vbi latè materiam exornauit.

S V M M A R I V M.

- ¹ Sede vacante, status eius mutari non debet.
- ² Papa solius est Ecclesiam in Cathedrali erigere.
- ³ Ecclesia vnita alteri Ecclesiae vel beneficio in illius transit naturam.
- ⁴ Argumentum est eiusdem naturae, & eodem iure regitur vt primum, cui additum est.
- ⁵ Episcopus exceptis iis, quae concernunt Regularia instituta, habet omnimodam iurisdictionem in Monachos Ecclesiae Cathedralis Regularis.
- ⁶ Sententia lata contra Ecclesiam viduatam Pastore indefensam non valet.
- ⁷ Vniendi tres modi referuntur.
- ⁸ Episcopus ratam potest habere alienationem rerum Ecclesiae absque solemnitate, Sede vacante, factam.

C A P. Nouit ille, I.

Innoc. III.

¹ Sede Episcopali vacante nil est innouandum, imo Sine Papa innouat, quia non est qui defendat ius Episcopale, & ne plus personae quam Ecclesiae tribuisse videatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Guid. Papae, Anchar. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 140. Alagona in compend. iuris

Canon. pag. 416. remissus Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 9. cap. vnic.

Probat hic text. dissolutionem vnionis, quae Episcopatu facta erat, illo vacante minime fieri posse, vt resoluunt omnes in presenti, gloss. verbo *vacabat*, vbi omnes, in Clement. 2. de rebus Eccles. non alienand. Caccialup. de vnionibus, art. 9. à num. 1. Petrus de Perusio eod. tract. cap. 5. num. 2. & 3. & de reuocat. vnionum, c. 3. Non obstat quoddam vnio Sede vacante fieri potest, d. Clement. 2. ac proinde eodem modo dissoluenda foret, argument. l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, reg. 1. in antiq. quia resp. reiectis duabus solutionibus glossa d. verbo *vacabat*, magnum versari discrimen inter vnionis constitutionem, & illius renouationem, nam per vnionem neutri Ecclesiae praedictum inferitur, scilicet nec vnita, cuius exiguitas, & paupertas reparatur, c. vnic. 10. q. 3. c. & temporis 16. quest. 1. c. exposuisti, de prebend. & ita consiluitur Ecclesiae pauperi, rursus nec etiam Ecclesiae, cui sit vnio, cuius redditus, & auctoritas aliquo modo amplificatur, vt patet; at verò per vnionis legitimè factae dissolutionem vtrique Ecclesiae praedictum inferitur, scilicet vnita, quia redit in antiquam paupertatem, vel saltem amittit privilegia digniora, quae ratione vnionis acquisiuit; rursus & ei cui vnio facta est, quia eius redditus & auctoritas diminuantur, ac subinde cum detur diuersa ratio in constitutione vnionis, quae datur in eiusdem dissolutione, argumentum ex d. l. nihil tam naturale, non procedit, poteritque vacante Sede fieri vnio, iuxta d. Clement. 2. non autem dissolui, iuxta text. in presenti, quo pacto illum intellexit Caccialup. d. n. 1. cum seqq. Petr. de Perusio vbi sup. c. 9. n. 2. & 3. licet id non percipiat, Rebuff. in praxi tit. de reuocat. vnion. à n. 13.

Ecclesiam vestram erexerit in Cathedrali.] Notatur ad hoc, quoddam solius est Papae Ecclesiam in Cathedrali erigere, dixi de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. num. 5. Sic etiam solius Papae est erigere Ecclesiam in Collegiatam, vt per Rebuff. in praxi, tit. de erect. in Collegiatam. Paul. Fusc. vistar. lib. 2. c. 1. n. 6. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 29. q. 25. & c. 30. q. 3. & 4. Maslobr. in praxi habendi concursus pral. 2. dub. 1. secundum Romanam impress.

Vt idem esset Episcopus vtriusque.] Notatur ad hoc quoddam Ecclesia vnita alteri Ecclesiae, vel beneficio, in illius transit naturam, vt per D. Barbos. in l. quia tale, num. 95. ad fin. ff. soluto matrim. Argumentum enim est eiusdem naturae, & eodem iure regitur vt primum, cui additum est, vt per Tiraq. de retract. lign. § 1. gloss. 18. n. 51. Ioseph. Seile Aragonia decis. 124. n. 124.

Notatur etiam ad hoc, quoddam Episcopus exceptis iis, quae concernunt Regularia instituta, habet omnimodam iurisdictionem in Monachos Ecclesiae Cathedralis Regularis, vt per Rotam apud Farin. decis. 770. n. 2. in 1. collect. nouissimarum.

Attendentes igitur, &c.] Vnde sententia lata contra Ecclesiam viduatam pastore indefensam non valet, vt per Rebuff. in repet. l. quod iussit, num. 205. ff. de re iudic. & ideo Ecclesiae Parochiali vacanti dat Episcopus curatorem, Paul. Montan. de tutel. cap. 28. n. 67.

In gloss. Vniendo. De tribus modis vniendi, de quibus agit haec glossa, videlicet primo, quando sit vnio, vt ex duobus beneficiis, vel Ecclesiis vnum fiat: secundò vt vna Ecclesia alteri subiiciatur, seu vnum beneficium alteri accessorie: tertio quando duae Ecclesiae, seu beneficia aequè principaliter vniuntur, latè tractant, & explicant Gregor. lib. 4. tit. 11. part. 1. Hojed. de incomparib. benefic. part. 2. c. 3. num. 2. Rebuff.

in praxi benefic. tit. de unionib. num. 15. cum seqq. Petr. Gregor. rei benefic. c. 10. n. 2. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 3. §. 7. n. 26. Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 2. non. 7. cum multis seqq. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 30. tract. 3. n. 298. vers. hunc unioni.

- 8 In gloss. Sede, ibi, si Episcopus ratam habeat. Notatur ad hoc, quod Episcopus ratam potest habere alienationem rerum Ecclesie absque solemnitate Sede vacante factam, ut per Couar. pract. c. 28. n. 10. Gutier. pract. lib. 2. g. 22. n. 10. & n. 9. in fin. resoluunt quod quamvis aduersarius non poterit Ecclesiam, vel minorem compellere ut ratificet contractum, sed erit in ipsorum electione, attamen bene poterit petere ut intra breuem terminum declarent, an velint stare contractui, & ipsum ratificare, necne, ne ipse perpetuo sit obligatus; unde bene Surd. de alimentis, tit. 8. privileg. 56. n. 80. dicit Ecclesiam, vel minorem posse compellere contrahentes ad contractus inuoluntate obseruantiam, licet ipsi ad id non teneantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum, Sede vacante, non potest beneficia spectantia ad solam collationem Prælati conferre, & n. 2.
- 2 Capitulum, Sede vacante, omnia facere potest, que sunt iurisdictionis, nisi expresse prohibita reperiantur.
- 3 Ecclesias, siue beneficia ad tempus commodare potest Capitulum, Sede vacante.
- 4 Presentatos à patronis admittere, siue instituere potest Capitulum, Sede vacante.
- 5 Resignationes beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi recipere potest Capitulum, Sede vacante, & n. 7.
- 6 Permutationibus beneficiorum auctoritatem præstare potest Capitulum, Sede vacante.
- 7 Dispensare cum illegitimis ad beneficia simplicia potest Capitulum, Sede vacante.
- 8 O Economos præficere potest Capitulum, Sede vacante.
- 9 Uniones ex causa facere potest Capitulum, Sede vacante, dummodo nihil pereat de iure Episcopali.
- 10 Licentias, quas concedit Episcopus, concedere potest Capitulum, Sede vacante.
- 11 Statuta condere que possit Capitulum, Sede vacante, ostenditur.
- 12 Defunctorum ultimas voluntates exequi potest Capitulum, Sede vacante, quatenus iure ordinario competeat Episcopis.
- 13 Religiosos priuorum voluntarium executores compellere potest Capitulum, Sede vacante, ad reddendas administrationis rationes.
- 14 Visitare potest diocesim Capitulum, Sede vacante.
- 15 Confessarium instituere potest Capitulum, Sede vacante, qui absoluat à casibus reservatis Episcopo.
- 16 Cognoscere de arduis causis potest Capitulum, Sede vacante.
- 17 Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus constituere potest Capitulum, Sede vacante.
- 18 Matrimonio celebrando iuxta formam Concilij Trid. assistere potest Capitulum, Sede vacante.
- 19 Rationem ab administrationibus priorum locorum potest exigere Capitulum, Sede vacante.
- 20 Charitativum subsidium exigere potest Capitulum, Sede vacante.
- 21 Privilegium cognoscendi de causis in prima instantia habet Capitulum, Sede vacante.
- 22 Indulgentias concedere potest Capitulum, Sede vacante.

- 23 Deponere potest Capitulum, Sede vacante.
- 24 Capitulum, Sede vacante non succedit in iurisdictione delegata Episcopo.
- 25 Visitare Monasteria exemptorum Monialium, que visitat Episcopus auctoritate Apost. non potest Capitulum, Sede vacante.
- 26 Supprimere Præbendas, aut portiones vigore Concil. Trid. non potest Capitulum, Sede vacante.
- 27 Iurisdictionis donationem non potest confirmare Capitulum, Sede vacante.
- 28 Dimissorias ad Ordines infra annum à die vacationis concedere non potest Capitulum, Sede vacante nisi illis, qui arctati fuerint.

C A P. III. II. Honor. III.

Beneficia spectantia ad collationem Prælati, Sede vacante, non potest Capitulum conferre, quia non deuoluuntur per negligentiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panor. Guid. Papæ. Anchar. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 140. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 416. remissius Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. n. 70. & 71. & n. 88. & 90. Selu. de benef. p. 2. quest. 11. Corral. part. 2. c. 7. n. 1. & 2. Flamin. de resignationib. benefic. lib. 7. quest. 23. num. 19. ubi extendit ad beneficia, que vacant per renuntiationem. Pavin. de potest. Capituli Sede vacante, p. 2. princ. q. 1. Molin. de iust. tom. 6. tract. 5. disp. 9. à num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 4. procm. n. 35. & gloss. 9. §. 1. n. 77. ubi de beneficiis patrimonialibus, Azueud. consil. 9. à n. 1. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 3. c. 38. quest. 1. Vincent. Fillinius tom. 3. tract. 41. c. 2. n. 42. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 7. n. 51. ubi n. 52. extendit ad præsentationem, seu electionem spectantem ad Episcopum, latè Quarant. in Summa Bullarij, verbo Capitulum, Sede vacante, vers. nono quæro, ubi refert hoc ipsum iure nouissimo tantum esse per constit. felicis mem. Pij V. incipient. Sanctissimus in Christo Pater, per quam omnia beneficia Episcopali Sede vacante, quomodolibet vacantia ad eorundem Episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia, ipsi Pontifici referantur, & quamvis hæc constit. expirasset cum ipso Pio V. ut aduertit Nicol. Garc. d. part. 5. c. 1. n. 234. hoc ipsum habetur in reg. 2. Cancell. Quæ quidem principalis huius text. conclusio procedit, quamvis beneficiorum collatio ad Episcopum pertineat iure deuoluto ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum non conferentium, ut per Rebuff. d. tit. de deuolut. n. 93. Abb. in cap. cum olim, n. 3. vers. sed circa, de maiorit. & ibi Felin. in fine, Pavin. p. 2. q. 2. n. 10. Nicol. Garc. d. p. 5. c. 7. n. 53. ubi plures contrarium tenentes, & n. 54. intelligit in collatione libera, non verò in confirmatione, & institutione, que sunt necessaria, & debita. Quarant. d. vers. nono quæro, ampliat. 3. ubi in 2. ampl. pariter conclusionē text. procedere ait, quando alius ex aliquo speciali iure haberet conferre cum Episcopo.

Amplia conclusionem procedere non solum in Capitulo, sed etiam in quocumque alio visitatore dato Ecclesie Cathedrali vacanti, vel alio inferiori Summo Pontif. iuxta terminos c. ult. vers. nisi forte, cum seq. de suppl. neglig. Prælat. lib. 6. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 16. vers. si secus factum fuerit, notat gloss. verbo is ad quem, in c. unic. de maior. & obed. lib. 6. adhuc enim illa beneficia ad Episcopum collatione pertinentia non conferet, text. opt. in d. c. ult. §. ult.

in *princ.* Secus dicendum est in visitatore dato à Summo Pontifice eidem Ecclesie Cathedrali, quem solus Papa potest deputare, nulla interveniente Capituli negligentia, d.c. ult. in *princ.* d. gloss. verbo *is ad quem*, is enim beneficium potest conferre, d. s. ult. in *fin.* iuncta gloss. ult. & insuper omnia alia facere (excepta rerum immobilium alienatione) quæ potest facere Episcopus electus & confirmatus, c. is cui 42. de elect. in 7. Amplia etiam prædicta procedere in Collegio Cardinalium, qui vacante Apostolica Sede non possunt conferre beneficia ad Summi Pontificis provisionem pertinentia, de quo latè Selu. de benef. p. 2. q. 2. per totam. Limitatur tamen supradicta conclusio ubi ad Capitulum, & Episcopum simul collatio spectaret, nam tunc mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspensio poterit Capitulum conferre, gloss. & DD. per text. ibi in cap. unic. in *princ.* hoc rit. lib. 6. Abb. in *præsent.* num. 4. Rebuff. in *praxi*, tit. de *devolutione*. d. num. 74.

De potestate Capituli Sede vacante multa Doctores scripserunt, de qua ut aliqua dicam, & ut plures casus distinguam, in quibus succedit, vel non succedit Episcopo, repetenda est illa vulgaris regula, quæ tenet Capitulum Sede vacante omnia facere posse, quæ sunt iurisdictionis, nisi expresse prohibita reperiantur, ut per Nanar. *consil.* 44. num. 1. de *tempor. ordinat.* in *notis*, Pavin. de officio, & potest. Capituli Sede vacante, p. 1. q. 1. à num. 3. & q. 5. num. 2. vers. item regulariter, Cauter. *canon. lib.* 1. cap. 11. num. 10. Flamin. de *resignat.* lib. 7. quest. 23. à n. 26. Azor. d. lib. 3. c. 27. q. 6. Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, à *princ.* Nicol. Garc. d. c. 7. à num. 4. Rota decif. 1. num. 13. p. 1. d. in *vers.* & decif. 346. n. 2. apud Farin. p. 1. recent. & decif. 632. n. 4. p. 2. etiam recent. Rebuff. in *praxi*, tit. de *devolut.* à n. 58. Soar. *rom.* 5. disp. 50. sect. 5. n. 6. Vincent. Filline. d. c. n. 4. ubi dicit ex antiquo iure tempore Sedis vacantis iurisdictionem Episcopi devolui ad Capitulum, quam facultatem nec mutant, nec minuit Concil. Trident. sess. 24. de *reformat.* cap. 16. sed solum præcepit modum utendi illa, nimirum per Vicarium ab eodem Capitulo electum, cui & iurisdictionem, & vsum committat, & ita Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in sequentibus casibus.

Primo in commendando Ecclesias, siue beneficia ad tempus, Rebuff. in *praxi* benef. tit. de *devolut.* n. 77. & 80. & in *tract. nominat.* q. 8. n. 30. Azor. d. lib. 3. c. 38. quest. 8.

Secundo in admittendo, siue instituendo præsentatos Clericos à patronis, Rebuff. d. rit. de *devolut.* à n. 68. Ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 3. allegat. 72. n. 183. ubi cito Azor. d. p. 2. lib. 3. c. 38. q. 2. Nicol. Garc. d. c. 7. num. 54. Viuian. in *praxi* in *visitatione*, lib. 12. c. 2. n. 6.

Tertio in recipiendis resignationibus beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi. Flamin. de *resignat.* lib. 7. quest. 23. à n. 20. Sbroz. de officio Vicarii, lib. 2. quest. 71. num. 13. & quest. 130. n. 3. Ego ipse d. part. 3. alleg. 69. n. 8. ubi refero Quarant. in *summa* bullary, verbo *Capitulum Sede vacante*, quest. 9. prope *fin.* vers. quarto limita, Nicol. Garc. p. 1. c. 3. n. 256. & cap. 4. à num. 75. Aloyf. Ricc. in *praxi* aurea resoh. 243.

Quarto in cognoscendis, & assignandis congruis portionibus, Rebuff. in *tract. congrua portiois*, num. 57.

Quinto in præstanda auctoritate permutationibus beneficiorum, Flamin. lib. 7. q. 23. n. 31. Bellacomb. *rom.* 1. communium opinion. lib. 1. tit. 9. num. 11. pag. 183. Azor. d. part. 2. lib. 7. c. 29. quest. 4. Quarant. dicto

verbo *Capitulum Sede vacante*, q. 9. vers. *qua conclusio*, in *med.*

Sexto in dispensationibus illegitimarum ad beneficium simplex, Nanar. *consil.* 28. sub tit. de *tempor. ordin.* Zerol. in *praxi* Episc. p. 2. verbo *Capitulum*, §. 3. Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, vers. secundo *quæro*. An autem Capitulum succedat in potestate Episcopis concessa dispensandi in irregularitatibus iuxta decretum Concil. Trid. sess. 24. de *reform.* c. 6. vide plures, quos citavi in d. *tract. de officio*, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 3. n. 16.

Septimo in æconomis præficiendis, c. cum vos, 4. de officio ordin. Valer. Regin. in *praxi* fori panit. lib. 30. tract. 3. n. 241.

Octavo in unionibus ex causa faciendis, dummodo nihil pereat de iure Episcopali, Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, q. 9. vers. *qua conclusio*, Azor. d. part. 2. lib. 6. c. 2. quest. 9. sibi contrarius lib. 3. c. 38. quest. 9. Rebuff. in *praxi* tit. de *unionib.* n. 36. & d. rit. de *devolut.* num. 100. Zerol. in *praxi*, Episc. verbo *unio*, §. 11. part. 1. & verbo *Capitulum*, §. 4. part. 2. Sanch. in *præcepta Decalogi*, *rom.* 2. lib. 7. c. 29. num. 155. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 2. n. 67. ubi num. 68. refert ex S. Congreg. Concilij decifum Capitulum Sede vacante non posse suppressere quodcumque beneficium, & sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire unioni faciendæ ipsi Capitulo directæ, & principaliter.

Nono in concedenda facultate, seu licentia, quam dare possit Episcopus. Azor. d. p. 2. lib. 7. c. 5. q. 3. veluti in licentia præstanda Clericis curam animarum habentibus ad studium ire volentibus, Zerol. in *praxi* Episc. p. 1. verbo *Capitulum*, §. 2. Et in danda licentia ædificandi Ecclesiam, ut acquiratur inspatronatus, Ego ipse d. p. 3. alleg. 70. n. 32. Et in concedenda licentia extero Episcopo exercendi Pontificalia in Ecclesia vacante, Henriq. in *summa*, lib. 10. c. 22. Quarant. d. loco, vers. undecimo *quæro*, Nicol. Garc. d. c. 7. n. 93. vers. quinta.

Decimo in condendis statutis, quæ ad statum Ecclesie pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Episcoporum succedentium, Pavin. in *tract. de potestate Capituli Sede vacante*, p. 1. q. 6. Azor. d. p. 2. lib. 3. c. 37. q. 11. Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, vers. *quæro*, Zerol. in *praxi* Episc. part. 1. verbo *Capitulum*, §. 15. Monet. de *distribut. quotid.* p. 2. quest. 13. num. 24. Sbroz. de officio Vicarii, lib. 2. q. 187. num. 5. & 6. dummodo sint iusta, & salubria; secus verò si in præiudicium Ecclesie, vel Episcopalis mentis, ut intelligit Quarant. loco cit. & ideo non poterit statutum condere, quo charitativum subsidium in futurum ex parte minuat, ego ipse p. 3. alleg. 87. num. 14.

Vndecimo in exequendis ultimis defunctorum voluntatibus, quatenus iure ordinario competeat Episcopis. Covarr. in cap. Ioannes, n. 2. de *testam.* Azor. d. p. 2. lib. 2. c. 39. q. 6. Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, vers. septimo *quæro*, Zerol. in *praxi* Episc. p. 2. verbo *Capitulum*, §. 9. Ego ipse d. p. 3. alleg. 82. num. 31.

Duodecimo in compellendis Religiosis piarum voluntatum exequutoribus ad reddendas administrationis rationes, ego ipse dicta allegatione 82. num. 35.

Decimotertio in visitanda diocesi, Socin. in *tract. visit. col.* 4. Quarant. d. verbo *Capitulum Sede vacante*, vers. primo *quæro*, Azor. d. p. 2. lib. 3. c. 37. quest. 14. Rota decif. 347. n. 2. apud Farin. p. 1. recent. Abb. in cap. cum olim, sub n. 2. vers. sed indistinctè, & ibi Bald. n. 1. de maioris, Archidiacon. in cap. si Episcopus, n. 2. de *suppl. negl.*

BARBOSA
Ius Can
No. 203
GV

94 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

- negl. Pral. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. de denol. n. 65. Rot. in Burgen. procuratorum 10. Martij 1597. coram Orano, & in Tuden. iurisdictionis 28. Nouembris 1607. coram Card. Sacro, & in Pampilonen. iuris visitandi 15. Decembr. 1623. coram R. P. D. Merlino.
- 27 Decimoquarto in instituendo Confessario, qui absoluat à calibus Episcopo reservatis. Azor. dicto c. 37. quest. 16. Quarant. ubi proximè vers. tertio quero, post med.
- 28 Decimoquinto in cognoscendo de arduis causis, Quarant. dicto verbo Capitulum Sede vacante, vers. quinto quero.
- 29 Decimosexto in constituendo Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, Bonacof. rom. 1. communium opin. lib. 1. tit. 9. n. 13. pag. 183. Gutier. canon. lib. 1. c. 11. n. 10. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Capitulum, §. 1. Azor. d. c. 37. q. 10. Quomodo autem hodie Capitulum Sede vacante debeat Vicarium constituere, & qualem, & intra quod tempus, vide Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 16. & quæ circa eius intellectum congerunt Quarant. dicto verbo Capitulum Sede vacante, vers. duodecimo quero, Nicolaus Garcia de benefice. part. 5. c. 7. num. 6. cum sequentibus, & plures alij, quos refero ipse d. part. 3. allegat.
- 20 Decimosextimo in assistendo matrimonio celebrando iuxta formam Concilij Tridentini sess. 24. de reformat. matrimon. c. 1. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 5. Gutier. eod. tract. c. 76. a. n. 12. & c. 69. num. 9.
- 21 Decimosextimo in exigenda ratione ab administratoribus piorum locorum, ego ipse p. 3. alleg. 75. n. 61. ubi cito Quarant. in summa bullarum, verbo Capitulum Sede vacante, vers. 7. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo Capitulum, §. 9.
- 22 Decimonono in exigendo charitativo subsidio, ego ipse d. p. 3. alleg. 87. n. 13. ubi citato Bellencin. de charitativo subsidio, q. 7. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 5. vers. item collegium; quamvis nequeat statutum condere, quo tale subsidium in futurum ex parte minuat, Bellencin. d. tract. q. 45. Azor. d. c. 15. q. 7. vers. item Canonicum.
- 23 Vigesimo in privilegio cognoscendi de causis in prima instantia, ego ipse d. p. 3. alleg. 81. in 6. ubi cito Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 130.
- 24 Vigesimo primo in concedendis indulgentiis, Azor. d. c. 37. q. 9. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Indulgentia, §. 2. Henric. in sum. lib. 7. c. 31. §. 1. Quarant. d. verbo Capitulum Sede vacante, vers. duodecimo quero, Iul. Lanor. de Indulgent. p. 2. a. n. 52. ego ipse d. p. 3. alleg. 88. n. 22.
- 25 Vigesimo secundo in deponendo, & interdicendo, Sbroz. de officio Vicarij, lib. 2. q. 9. r. 8. n. 7.
- 26 Prædicta autem regula supra posita, quod Capitulum Sede vacante omnia facere possit, quæ sunt iurisdictionis, non procedit in iurisdictione Episcopo delegata, Azeved. ad Curiam Pisanam, lib. 1. c. 3. n. 12. & conf. 12. n. 7. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 1. q. 16. n. 1. & lib. 2. q. 135. n. 4. Quarant. d. verbo Capitulum Sede vacante in princ. vers. & primo, ut intelligatur. D. Barbosa in l. quia tale, n. 1. ff. soluto matrim. Azor. d. lib. 3. r. 39. q. 4. Filliuc. d. c. 2. n. 40. Nicol. Garc. d. c. 7. n. 42. ubi n. 43. ampliat etiam post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, & n. 44. pariter ampliat etiam delegatio fiat à Canone. Subsequenter infertur eodem modo regulam prædictam non procedere in iurisdictione, quæ competet Episcopo in re aliquo speciali, seu accidentali, Quarant. ubi proximè, vers. Subsequenter, Nicol. Garc. d. c. 7. n. 39. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 61. art. 9. D. Barb. d. l. quia talis,

le, n. 1. Cenedad Sextum collect. 4. n. 6. unde inferunt Capitulum Sede vacante non succedere Episcopo in calibus infra scriptis.

Primo in visitatione monasteriorum exceptorum 27 monialium, quæ visitat Episcopus auctoritate Apostolica, Nicol. Garc. d. c. 7. num. 45. & alij, quos refero ego ipse de officio, & potestate Episcop. p. 2. allegat. 73. num. 25. Azor. d. lib. 3. c. 37. quest. 15. & c. 40. quest. 8.

Secundo in suppressione Præbendarum, aut portio- 28 num vigore Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 15. Monet. de distribut. quotid. p. 1. q. 5. n. 26. Ego ipse d. p. 2. alleg. 67. n. 3.

Tertio in confirmatione donationum inrispatrona- 29 tis, Stephan. Gratian. discept. forens. c. 303. n. 10. cum segg. Ego ipse d. p. 3. alleg. 71. n. 24.

Quarto in dimissiois literis ad Ordines conceden- 30 dis infra annum à die vacationis aliquibus, qui actati non fuerint, iuxta novam Concilij Tridentini dispositionem sess. 7. de reformat. c. 10. de cuius intellectu late agunt Henric. in summa, lib. 1. c. 22. §. 3. Sayr. in floribus decif. sub rubr. de tempor. ordin. decif. 65. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Capitulum in princ. Petr. de Ledelma in summa, p. 1. tract. de Sacrament. Ordinis, c. 8. concl. 3. Franc. Leo in thesaur. fori Eccles. p. 3. c. 8. num. 47. cum segg. Molin. de iustit. tract. 5. disp. 11. n. 4. Quarant. d. verbo Capitulum Sede vacante, vers. decimoquarto, Rendin. in prompt. receptarum sentent. tom. 1. tit. 10. a. princ. Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 9. c. 7. Nicol. Garc. d. c. 7. a. num. 91. Filliuc. d. c. 2. num. 44.

S Y M M A R I U M.

- 1 Indicium agitatum cum Ecclesia vacante non valet & n. 2.
- 3 Administrator datus à Summo Pont. censetur legitimus defensor in Ecclesia Cathedrali.

C A P. Constitutis. III. & ult.

Testimonium, & iudicium Sede vacante facta i contra Ecclesiam non tenent, quia non habet defenforem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Henric. Guid. Papæ, Panorm. Host. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 141. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 416. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2 Paulin. de potest. Capituli Sede vacante, p. 2. q. 9. Gig. de pensionib. q. 6. etiam si vacet Ecclesia per renuntiationem, Gabr. rom. 3. communium opinion. tit. de procurat. conclus. 3. n. 3. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. q. 55. n. 42. cum segg. ubi etiam idem resoluunt in Abbatibus, & Prioribus triennialibus, interim dum novus Prælati non eligitur. Unde reprobat hic text. testium dispositiones, qui vacante Ecclesia sunt recepti, ut notant DD. in præsent. gloss. ult. ad fin. c. 1. sup. hoc tit. ubi Innoc. Imola, & communis, gloss. verbo reuocari, ubi Cardin. & Imola in Clement. ult. de procuratorib. Felin. in cap. edoceri, vers. vacante, de rescript. Paulin. de potestate Capituli Sede vacante, p. 2. quæst. Gig. de pensionibus, q. 65.

Et carente legitimo defensore. [Censetur autem legitimus defensor in Ecclesia Cathedrali administrator datus à summo Pont. c. is, cui, de elect. lib. 6. Gig. de pension. q. 65. n. 5. Rebuff. in praxi benefic. tit. de reuocat. unionis, num. 14. & in tract. nominat. q. 8. num. 29.]